

Questio Quarta

Articulus Primus.

num & murmurare de malo cuius actus aliquando dicitur conscientia per quam iudicamus actu. aliqd esse faciendum vel non faciendum. Quandoq; etiā sinderesis vocatur conscientia vel naturale iudicatorium. Per hec patet respoſto ad dubium quo queritur an scientificum quo anima speculatur necessaria & ratiocinatuum quo rōcinatur circa contingētia sunt diuerse potentie siue diuerse partes anime. ad qd respondet Sanc. Tho. vi. eti. q contingentia dupliciter possunt cognosci vnomodo secundum rationes vniuersales que sunt immutabiles & sic pertinent ad scientias demonstrativas quia phisica est de corruptilibus & sic contingentia pertinent ad intellectum. aliomodo possunt capi contingentia secundum q; sunt in particulari & sic cadunt sub potentia cogitativa que propter hoc dicitur ratio particularis vel intellectus passiuus qui est corruptibilis & cognoscitius singularium contingentium de quibus est consilium & operatio. Unde & prudentia videtur quibusdam esse in potentia sensitiva cogitativa vnde non est scientia quia est singularium. vt dicit phi. sicut sensus & secundum hoc videtur q; conciliatum & scientificum distingūtur realiter quia concilium est de singularibus que cadunt sub sensu. Sed contra hoc oblicuitur quia prudentia secunduz philo. est habitus intellectualis. ergo est subiective in intellectu & non in potentia cogitativa. Forte dicit q; cogitarius dicitur intellectus. Contra voluntas non mouetur a potentia cogitativa & tamē mouetur per actum prudentie & cōciliis. Itē prudentia est in intellectu pratico qui est idem realiter cū speculatio. ideo dicitur q; intellectus ē cognoscitius particularium per reflexionem vt supra dictum est / et ideo dicendum est q; prudentia licet sit circa contingentia tñ est in intellectu. Sed nōne scientia etiā speculativa est de contingentibus videtur q; sic / q; phisica est de tonitruis & prudentia aliqui est de necessariis vt q; non est peccandum videtur ergo q; scientificū & cōciliatiū vel ars est de contingentibus Dicendum q; scientia speculativa non est de cōtingentibus in nostra potestate existentibus vt sic vel sic sint sicut est de obiecto prudentie. Notandum tamen q; licet intellectus speculatus & praticus nō differeant habitu tñ speculatiu & practic realiter distinguunt q; scientia moralis realiter distinguunt a phisica. Sed dubitatur an intellectus speculatus semper sit circa eternum vt videtur dicere phi. vi. ethi. et. i. poste. & de his dictum est. i. phisi. q; sic ppter necessariam habitudinem inter passionem & subiectū. vnde Sanctus Thomas dicit. i. parte. q. lxxxvij. ar. iii. Si attendantur rationes vniuersales sensibiliuz omnes scientie sunt de necessariis. Si autem attendantur ipse res sic quedam scientia est de necessariis & quedam de contingentibus vnde phisica dicit eē de corruptilibus incorruptibiliter quia re naturali conuenit esse mobile immobiliter & necessario / sed Contra sic etiam singulare diceretur necessariū quia sortes necessario est corruptibilis sicut homo forte negas / quia re corrupta non potest ampli corrumpli nec est generabilis vel illa passio non conuenit singulari per se primo. Quidam dicunt scientificum esse de necessariis quia res sunt eterne sūm suas essentias. Sed contra nō solū scientia habetur causa sed etiā de effectu vnde effectus cognoscitur per causam vt patet i tonitruo & pluvia que est aqua de nubibus guttatim cadens. Alij dicunt q; scientia est necessariorum quia est de vniuersalibus que sunt in

generabilia per se. Aliq; tamen sunt corrupte pacidens. Sed queris an tunc de facto sit de ipsis scientiis. Forte dicas q; non quia scientia requirit confirmationem & adequationem ad res scibiles quia scientia non est nisi de veris. Veritas autem consistit in adequatione intellectus sed res q; nō est nō cōformat intellectui. Sed p. astrolog; habet scientiam de eclipsi dato q; nō sit / & de vacuo habet scientia licet non sit. Tertio dubitatur an intellectus activus & intellectus factius distingūtur. Dicendum q; nō. Pro quo notandum q; actio & factio q; sumuntur generaliter pro uno predicamento. Sed specialiter actio pertinet ad prudentiam factio autem ad artē. Qui dicunt q; factio est que transit in exteriorē materiam vt domificatio. actio autem manet in agēte vt intellectio. Sed contra actus fortitudinis transit in exteriorē materiam & actus liberalitatis. Itē multe operationes imanētes pertinent ad artes quia actus elicitus ab arte pertinet ad artē & est opatio immanens scz actus intellectus. Alij dicunt q; factio nes sunt operationes quibus aliquid fit preter usum vt edificatio. In actione autem proprie dicta nil relinqut post operationē vt patet in visione. Sz ptra citharizare est factio & tñ est tñ opatio vnde videtur q; aliquando prudentia & ars sunt circa idem vt videtur in prudentia militari. Et ideo actio & factio nō semp̄ realiter distingūtur. alijs dicunt q; actio dicitur operatio p. q; procedit ab electione factio autem respicit operationem exteriorem & non electio nem. Utrum autem intellectio debeat dici actio vel praxis dictum est primo phisi. Et ytrū actus ipsius artis debeat dici actio p. q; dirigitur a prudentia. Contra hec ar. Pro q; rō & intellectus distingūtur. q; vnu potest reperiri sine alio. Cum quia potentia cogitativa discurrat & per q; rō ratiocinat. Cum q; in angelis reputur intellectus. & tamen in ipsis nō est ratio / quia non discurrunt sed per spēs influxas oīa intelligunt. Forte dicas q; nō seq̄tur intelligunt p. spēs influxas simul pmissas & cōclusionē ergo nō discurrunt q; hō in p̄io instanti usus rationis p. habens infusos vel aliomō p̄ debilitate de agibilibus ḡ possibile est in instāti discurrere q; deliberatio est qdā discursus. Itē enthūmēma forā in istāti quo assentio antecedēti & p̄ne. Scdo ar. q; intellectus praticus & speculatus dīnt realit. q; habitus praticus & speculatus dīnt realit. q; hñt diuersa obiecta. s. speculabile & opabile. Sz ista ead sunt obiecta intellectus praticus & speculatus ḡ intellectus praticus & speculatus dīnt realit. Itē posse sanari & posse infirmari nō sunt vna potentia sūm phisi. iii. phi. ḡ nec posse intelligere speculabile & opabile. tertio diuersorū sūm gen nō est potētia penitus vna. Sz intellectus speculatus respicit necessaria practic autē p̄tigētia. Corruptibile autē & is corruptibile ḡne differunt. Itē potētiae distingunt p. actus sed intelligere spectabile & opabile sūt diuersi actus. Forte dicas q; conuenit i hoc qd ē intelligere. Cōtra tūc posset dici q; sentire & opinari ēent in eadē potētia q; conuenit in hoc q; est cognoscere. sūr videre & audire conuenit i hoc qd est sentire. Forte pcedis q; intellectus speculatus & praticus aliquo dīstingunt sūm re. Cōtra tūc i nobis essent realis duo intellectus possibles & forte duo intellectus agētes. Quarto ar. q; ratio superior & inferior sūt diuersae potentie / quia morales dicunt q; quandoq; peccat ratio inferior non peccante superiorē ergo non sunt idem. Item secundū phi. sexto ethi. scientificum & ratiocinatuum sunt diuersae potentie. ergo similiter rō